



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 90119185**

§. 74. Fabius Chisius Cardinalis in Papam electus, & Alexander VII.  
vocatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

Sæc. XVII. virtutes, ac insignes animi dotes ex  
 A. C. 1655. tulerat, tantumque erga hanc Natio-  
 nem affectum eidem inesse sponderat,  
 quantum Rex Christianissimus ab ipso  
 met Mazarino sibi polliceri posset. Ne-  
 luxerat dies Paschatis seu vigesima  
 octava Martii, qua Barberinus, volen-  
 tis agminis Cardinales, alique seriosi  
 Chisii electione in Bicchii Cardinali  
 cubiculo agere cæperant; priusquam  
 tamen Barberinus in illum penitus  
 suorumque suffragio iret, extrema pro  
 Saccheto tentare moliebatur: hic vero  
 vehementer huic conatui resistit, pe-  
 lam professus, quod si in solo suo ar-  
 trio esset repositum, suo capiti  
 imponere, illam tamen sibimet demere  
 & in caput Chisii utpote dignissimi trans-  
 ferre mallet.

## §. LXXIV.

*Fabius Chisus Cardinalis in Papam  
 electus & Alexander VII.  
 vocatus.*

*Nani Hist.  
 Venet. t. 6.  
 Ciacon. l. c.*

Interim opportune ex Francia Romam  
 referrebantur Mazarini literæ, quibus  
 significatum, quod Galliarum Rex  
 Cardinalis Saccheti, pro Chisio inter-  
 cedentis testimonio fidem habens, ejus  
 exaltationem gratam haberet, imo et  
 tiam impelleret, ut omnino is in Pon-  
 tificem

tificem renuntiaretur: Præterea Mazarinus Saccheto grates habuit, quod talem tantumque Virum proposuisset: Igitur die sexta Aprilis hoc negotium a Cardinalibus apertius pertractari cæperat, & tum ferme omnes sibi invicem tam faustam electionem gratulati, Chisium accessere, qui tamen profusis ubertim lacrimis eos precabatur, ut magis dignum Ecclesiæ præficerent: nihilominus altera die habito scrutinio sexaginta quatuor suffragia in eum concurrerant: unde eadem die peracta re Divina Cardinales illum ad D. Sixti Sacellum deduxerunt, ibidemque electionem omnium suffragiis, ac *nemine penitus discrepante* jam factam confirmarunt: Hoc igitur modo Fabius Chisius renuntiatus est Pontifex, qui antequam hanc dignitatem capefferet, ut ab Altissimo necessariam opem imploraret, aliquantulum secedens, fervidas fudit preces: postea Pontificio ornatus habitu in memoriam Bandinelorum sibi sanguine junctorum, ex quorum familia Alexander III. Papa prodiit, nomen Alexandri VII. assumpsit, ab Universo Purpuratorum Collegio pro more salutatus; cum vero paulopost solita solemnī pompa ad Basilicam Divi Petri deportaretur, & Sacrorum Rituū Magister Sedem ejus in mediq  
Alta-

Sæc. XVII.  
A. C. 1655.

**Sæc. XVII.** Altari collocasset, eam ipse retraxit  
A. C. 1655. Évangélii latus, negavitque se illo  
 furum loco, ubi Corpus & Sanguis  
 Christi conficerentur, & ubi alii Pon-  
 tifices se longe digniores sedissent: Mar-  
 ubi relicto Divi Petri Templo ad pro-  
 ximum Palatii Vaticani cubiculum, ubi  
 a laboribus aliquantulum respiraret  
 deferebatur, inter prima, quæ ut Pon-  
 tifex dederat, mandata illud erat, ut  
 sarcophagum ex cupresso intus plumbeo  
 obtectum, in quo post mortem recondi-  
 voluit, mox confectum sub lecto loco  
 reponeretur, ut eo magis viva frequen-  
 que mortis memoria ejus animo impre-  
 inhæreret. Tandem die decima octava  
 ante fores Vaticanæ Basilicæ de morte  
 coronatus in Ara maxima consecra-  
 tus est, eademque die finito prædicationem  
 possessionem adiit Ecclesiæ Lateranæ-  
 sis: proxima autem die a sua inaugu-  
 ratione Olympia Maldachina Palatium  
 ingrediebatur, summo Pontifici hanc  
 dignitatem gratulatura, quo competens  
 Alexander illam Aula excedere, statim  
 jussit; indecens enim esse dicebat, Pon-  
 tificis Palatium, quod solis Ecclesiasti-  
 cis, Religiosis, & pauperibus pateret,  
 a fœminis etiam Principibus frequen-  
 tari: affines quoque suos, pauperes  
 dixit, quibus ut Christo, ita sibi pro-  
 pinquiores magisque conjunctos esse  
 nullas

nullos asseruit, quocirca Postarum Ma-  
 gistrum, qui datis literis Papæ Cognat-  
 os Romam accersiverat, acriter re-  
 prehendit, his autem, ac ipsimet etiam  
 Nepoti suo, qui Venetiis nomine Meli-  
 tensis Ordinis munus Præsidis agebat,  
 confessim rescripsit, ut nullo sub ob-  
 tentu Romam venirent, nisi ab eo vo-  
 cati; eoquod nequaquam suæ domui  
 evehendæ, sed sublevandis Ecclesiæ ne-  
 cessitatibus intentus esset: Ex his pri-  
 mordiis sane patuit, Spiritum Sanctum  
 in hujus Viri electione vires suas plene  
 exeruisse, animos diffidentes in con-  
 cordiam redigendo, unamque mentem  
 cunctis eligentibus antea divisissis, & in  
 tot partes scissis eo fine inspirando, ut  
 Ecclesia, & fidelium grex sub tanto  
 Pastore reflorescere inciperet. Tam a-  
 lienum etiam a rerum cupiditate sese  
 exhibuit Alexander, ut amplissima do-  
 na sibi postridie a sua in Pontificatum  
 evectione a variis Principibus oblata  
 acceptare renueret, lectumque, valo-  
 ris quadraginta aureorum millium quem  
 Olympia eidem in donum offerebat, non  
 sine magna indignatione conspiciens,  
 illico remitteret, ac Cardinali Palottæ  
 negotium daret, ut de iis, quæ sub  
 Innocentio X. expensa fuissent, ab ea-  
 dem scemina rationem exigeret, & se-  
 dulo in illam arcam octoginta aureorum  
 milli-

Sæc. XVII.  
 A. C. 1655.

CXXXVII  
 1655  
 1655

Sæc. XVII. millibus gravem inquireret, quam le  
 A. C. 1655. nocentius moriturus Successori suo  
tradi voluerat, & Fabio Chisio tunc  
 Cardinali, præsentibus aliis duobus  
 Purpuratis ostenderat, & in præfata  
 Matronæ ædes translata fuisse, no  
 mor erat: denique, ut Pontifex pau  
 perum sustentationi subveniret, immo  
 nuto panis pretio Olympiæ, Pamph  
 lio & Ludovisio Principibus inhibuit  
 ne monopola exercerent, aut frum  
 tum extra Pontificiæ ditionis fines ex  
 portarent.

## §. LXXV.

*Alexandri VII. vita & gesta ante  
Pontificatum.*

*Ciacon. in  
vita Ale-  
xandri VII.  
tom. 4.  
Palat. ibid.*

**P**rimam lucem Senis aspexerat Fabius  
 Chisus ex nobilissima familia ortus  
 anno Domini millesimo quinquagesimo  
 nonagesimo nono: Erat is adhuc puer  
 suo Patre orbatus, a Matre tamen su  
 lectissima Matrona in omnibus pietatis  
 exercitiis, & a celebrioribus Magistris  
 in omni scientiarum genere egregie in  
 butus: Vix undecimum ætatis suæ an  
 num impleverat, cum jamjam vena ad  
 modum facili nonnulla versuum millia  
 ad imitationem Homeri funderet, fle  
 ridamque ætatem non inerti otio transi  
 gens, non modo in Philosophiæ, sed &